Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctorum martyrum Helari episcopi et atiani archiadiaconi

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

alexandria · quia babtizata ē a ſco fortunato
archidiachone · iuſſit eum conprehendi & ferro
uinctum ad carcerem duci; Quem cum uidiſſ&
ſcs hermachoras · dño dō egit gratias · quia
dignatus eum eſt cum eodem martyrium ſuſ
cipere; Per dies autem plurimos · multa per
eos mirabilia dns in carcere oſtendit; Con
currentes ad eos omſ uarias infirmitates
habentes · curabantur ab eis · in nomine ihu
xpi dni nri; Uidentes autem ſacerdotes pa
ganorum colligentes populum incredulum
unanimiter uenerunt ad ſeuaſtum pręſidem ·
cum fuſtibus & lapidibus clamantes & dicentes;
Ciuitas tota perit per te · quia facis uſq; nunc
uiuere hominem · qui per magicas artes · po
pulum alienat · & euertit mentes eorum · ut
ſeparentur a diis; Tolle magum · occide malefi
cum; Si autem nolueris · teipſum interfici
emus & illum igne conſumemus; Tunc ſeuaſ
tus praeſes timens populum · qui per eum cre
diderunt in nomine xpi · miſit nocte ſpicula
torem · & in carcere decollauit beatiſſimum
hermachoram epm · & ſcm fortunatum ar
chidiaconem eius; Quorum corpora colli
gens pontianus cuſtos carceris · & omnem
cruorem ſanguinis eorum colligens · in unū
conlocauit locum; Audiens autem haec grego
rius · cuius filium a daemonio liberauit ſcs di her
machoras · & alexandria · quę ab eo inluminata
fuerat · Uenerunt nocte occulte cum lint
eaminibus mundis · & ualde precioſis · & aromati
bus condientes corpora ſcorum martyrum ·
ſepelierunt ea foris murum ciuitatis aquilegię
in agello memoratę alexandriae in pace; Uni
uerſi autem uenientes ad corpus beatiſſimi
epi & martyris hermachorę · Primi aquile
genſis ciuitatis · quacumq; detenti fuiſſent in
firmitate · ſanitatem recipiebant in nomine dni
nri ihu xpi; Martyrizatus ē autē beatiſſim
di hermachoras eps · una cum ſco fortunato archi
diacone ſuo iiii · id · iul · regnante dno nro ihu
xpo · cui honor ē & gloria in ſecula ſclorū amen;

XXIIII

PASSIO SCORUM MARTYRUM HELARI EPI · ET TATIANI ARCHIDIACONI EIUS

Auxiliante dō patre omnipo
tente & filio eius dno nro ihu xpo fratres
dilectiſſimi · magnum uobis referimus di
myſterium · quod ipſe de ſuperno regno cae
lorum generi humano concedere dignatus ē;
Ille qui neminem uult hominum perire · Sed
quod ipſe ſuis manibus in mundi principio fa
bricauit cuſtodit · & caeleſtia premia repro
mittit qui dixit · Nolo mortem peccatorum ·
Sed ut reuertantur & uiuant; Ipſe ſuis famu
lis in ſe credentibus talem gratiam donat · quae
hodie uris auribus intimatur · quanta dns preſ
tat ſolatia in ſe credentibus · Beatiſſimus hela
rius · ab infantia ſua eruditus · fidei arma ſe cir
cumdans · Miſericors & beniuolus ſeparatus ab
omni actu ſcli huius · diuinis ſcripturis nimis
eruditus · ut ſenſum memorię · p libris haber&;
Qui cum adhuc in iuuenilis annis eēt aetatis
raptus a populo · diaconus ordinatus eſt;
Et inſiſtente plebe · poſt aliquantum tempus ·
ordinatus ē eps; Qui pręcepta dni fideliter ad
implebat · nullus ferens adolationem · neque
perſonarum acceptionem ſicut ē conſuetudo
hominum habentium ſpem in hoc ſaeculo; Cum
ergo in uita ſua dō adiuuante omſ ſuos reger&
filios · habebat diſcipulum nomine tatianum;
Uidens illum bone conuerſationis · eē · ad diaco
natus honorem eum pmouit; Qui poſtea · archi
diaconus per ordinationem ei effectus eſt;
Eodem uo tempore · cum a numeriano cęſare
iuſſio aduenisset ut xpiani ſacrificarent idolis
apud ciuitatem aquilegiam · ordinatus ē beronius
preſes & ſedens pro tribunali · iuſſit ſibi exhiberi
xpianos ad turificandum · qui in carceris cuſtodia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

detenebantur; Erat quidam monofantus nomi
ne qui fuit sacerdos idolorum plenus malitia;
Ueniens ad beronicem praesidem & dixit ei.
Non est aequum quod agis, sed iube & adducatur
tuis obtutibus helarus eps xpianorum. ut ipsum
tormentatum. uniuersi ei corrigantur exemplo.
Quo audito preses iussit beatissimum helarum
adduci; Et cum audisset monofantus. mox abiit
& ueniens inuenit scm helarum legentem cum
archidiacone suo tatiano; Qui dixit eis; Uenite.
praeses uos uocat; Quid adhuc moram facitis?
Tunc scs helarus respiciens eum. dixit illi; Quid
est amice? At ille; Iam dixi uobis. quia praeses
uos uocat; Scs helarus dixit; Eamus in nomi
ne dni nri ihu xpi; Mox autem uenerunt ad
auditorium; Ingressus optulit se praesidi cum
gaudio hilari uultu. cum nimia admiratione
dixit ei; Quis uocaris? Scs helarus respondit.
Helarus uocor. eps sum xpianorum; Praeses dix;
Quia predixisti te xpianum esse. sacrifica diis
secundum praecepta imperatorum; Sic enim
iusserunt. ut omnes xpiani sacrificent diis. Qui autem
noluerint. diuersis poenis afficiantur; Obaudi
entes autem. magnum bonorum honorem est sequan
tur; Proinde ergo adquiesce & sacrifica diis; Scs
helarus respondit; A puerilitia mea sacrificare
didici dno do uiuo. & filium eius ihm xpm adora
re puro corde non cesso; Uacuis autem & uanis de
moniis. qui dicuntur dii. non sacrifico; Preses dix;
Xpm quem dicis te colere. a iudaeorum populo est
crucifixus; Scs helarus respondit; Si scires uir
tutem crucis ei. relinqueres errorem idolorum
& ipsum adorares. ut animae tuae resecares uulne
ra. quia unigenitus filius di. qui cum uoluntate
patris & sua. in natura hominum. pro uita seculi hu
ius seipsum dedit. ut eos qui uincti laqueis a dia
bolo captiui detenebantur. praetioso suo redimeret
sanguine. & impiorum insaniam atque uanitatem
quam tu colis. iudicio potestatis suae mortis aeter
ne poenis abdicaret; Beronius praeses dix;
Multis sermonibus & seductionibus inflexisti au

res meas. quibus quasi possis mihi persuadere
deorum gloriam relinquere. ut colam illum cruci
fixum. sicut seducis alios qui te sibi epm fecerunt;
Sacrifica ergo diis. priusquam per uarios tormentos
illi habeant correptionem. Scs helarus eps resp.
Quem semp & nunc usque meum pastorem patrem
omnipotentem. & dnm ihm xpm filium eius adora
ui. ipsum semp colo; Tu autem demonum minister
esse uideris. & non minimis tormentis eris cru
ciandus; Praeses dixit; Quia cum fiducia te feci
loqui. & deos blasphemas. insuper & me putas
daemonium habere; Si decidero ego superbiam
tuam addico; Et quasi blasphemum poenis cru
cior & conpello deos colere. qui praebent hu
ius ciuitatis salutem. & per quos mundus gub
natur; Scs helarus eps dixit; Uere quia caecus
& infelix es. Idcirco dm factorem & gubernato
rem mundi ignoras. & putas a similibus tibi in
mundis daemoniis scdm gubernari; Beronius
praeses dixit; Sacrifica diis; nam precidi faciam
membra tua; Scs helarus eps respondit; Si
consuisti timorem incutere. noli uerbis com
minari. sed ilico age quod coepisti. Quia adest
mihi susceptor meus. cui ego purum semp offe
ro sacrificium; Ad haec praeses commotus
ira. introiuit in templum quod erat mag
nopere factum. cum ara dealbata plenum
simulacris. & ipsa argentea. & iussit ibi indu
ci scm helarum. & dixit ei; Sacrifica magno
hercoli & uide gloriam uel uirtutem ei; Scs
helarus dixit; Seducens miser. & nescis quae
euenienda sint tibi; Isti enim lapidei. lignei.
ferrei & eraei ab hominibus sunt facti. & or
nati ex argento & auro ad seducendum uos
corde. ut eos per malum sequamini intellectum.
Qui nec uident. nec audiunt. nec loqui pos
sunt. sed nec ambulant. nec aliquid iuuare
possunt. nec seipsos saluari. si quis commi
nuerit eos; Audiens haec beronius praeses.
accensus furore. iussit eum nudari & ex
tensum uirgis cedi; Cumque diu cederetur.

beatuſ helaruſ leuauit oculoſ ſuoſ ad caelū
uoce magna dicenſ; Uide dne & adiuua ſer
uum tuum; Praeſeſ autem praecepit · magiſ
fortiter cedi eum; Et cum mutaſſent trigin
ta centuriones · ut & urge & fuſteſ conſum
mati fuiſſent · amplius coepit fureri. & iuſſit
eum extenſum in eculeo · ungulis radi · ut pu
trefacta eius interanea uiderentur; Tunc
ſcſ helaruſ hilari uultu ẏmnum dō canebat
dicenſ; Eripe me de inimicis meis dſ mſ · & ab
inſurgentibus in me libera me; Eripe me de
operantibus iniquitatem · & de uiris ſanguinū
ſaluum me fac; Et mirabat omnis populus:
quod tam crudeliter plagis laniatus fuiſſ& ·
forti animo & hilari uultu letaretur · Et ite
rum praeſeſ dixit; Sacrifica uel nunc · & di
mittam te; Scſ helarus nihil respondit. Tunc
praeſeſ fremenſ cum ira · iuſſit carbones ar
dentes uſtulari dorſum ei · & ſal cum aceto
excellentia aſpergi · & excellentia aſpergi ·
& ex cilicio camelorum plagis eius per frecu
ri; Cumq· haec fierent · ſcſ helarus reſpi
ciens in caelum dixit; Qui ſodomitarum ter
ram per inoboedientium iniquitates igne cō
ſumaſti · deſtruxiſti & deſertam feciſti. Et
nunc dne oſtende per me ſignum uirtutis tuę
ut confudatur impius iſte iudex · una cum
omnibus idolis colentibus · & ſignum xpi faci
ens in labus ſuis · exſufflauit in ſimulacris:
qui ſtatim eliſa ſunt tamquam puluis; Et dix
illis ſcſ dī · Ecce infelices · uidete quae coli
tis · Ubi e uirtus eorum · quare non potuer
ſibi adeē · Tunc uniuerſi ſacerdotes idolorū
haec uidentes · exclamauerunt ad praeſidē
dicentes; Tolle magum · interfice malificū
cuius magicae artes dis praeualuerunt;
Tunc praeſeſ ira accenſus · iuſſit eum incar
cerem retrudi dicens · Non mortem eis cō
munem facio; Cum ergo retruderetur in
carcerem · ſcſ dī ſic pſallebat dicens; Sal
uos nos feciſti dne · ex adfligentibus nos · & eos

qui nos oderunt confudiſti · Alia aūt die ſug
geſtum eſt praeſidi ab officio dicentibus; Eſt
cum eo alius archidiaconus eius · quem iuſſit
praeſes induci; Cumq· fuiſſ& inductus · ait
ad eum beronius praeſes; Dic nomen ut reli
gionem tuam; Tatianus archidiaconus respond;
Nomen carnali · tatianus dicor; Spiritali uero
xpianus · diaconus ſum eccleſiae aquilegenſis:
a domno patre meo helaro epō ordinatus; Prae
ſes dixit; Sacrifica dis · Nam ſicut epō tuo ita
& te tormentari faciam · & ambo perpeſſi cru
deliora tormenta · iam defecti negabitis cru
cifixum; Beatus tatianus respondens; Numquā
tibi bene ſit inſipiens · quia dis tuis cadentibus:
per orationem patris mei helari epī non ſacrifico;
Iam non erubescis · Tunc praeſes iuſſit eum ſimi
liter extenſum uirgis cedi; Cumq· diu cederet ·
iuſſit parci & dicens; Si non mihi adquieſcitis ·
& non oboeditis imperatorum praeceptis · ſimul
inuicem uidebitis cruciatos uros · & ſic uos inter
fici iubebo; Scſ tatianus respondit; Sic nos am
mon& ſca ſcriptura · ut filii cum patribus & pa
tres cum filiis pergamus ad regnum caelorum;
Tunc praeſes iuſſit eum retrudi in carcerem · una
cum beatiſſimo helaro; Qui cum uidiſſ& beatus
helarus · omnipotenti dō gratias egit · quod digna
tus eēt eum ſuum facere ſequipedem; Et flexit
genibus · orauerunt ſimul ad dnm dicentes ·
Dne dſ omps pater dni noſtri ihu xpi qui reg
nas cum filio tuo · & ſpu ſco · exaudi orationes noſ
tras ad laudem nominis tui · ut confundantur omſ
qui adorant ſculptilia · & qui gloriantur in ſimula
cris; Oſtende omnibus in te credentibus qualis ē
uirtus in qua credimus; Extende dne manum tua
de altiſſimis · ut cadat ipſum templum · ubi ſimu
lacra eorum poſita fuerunt · ut ſciant omſ gen
tes quia non ē alius praeter te dſ; Mox uero fac
tum ē tonitruum magnum · ita ut fundamta
commouerentur ciuitatis · & uniuerſi populi pa
gani ciuitatis aquilegenſis · prae timore ca
derent in facies ſuas & plures mortui ſunt;

Et cecidit continuo templum hircolis · ita ut nu
quam uisum eet amplius · in quo loco fuerit edi
ficatum . Uidentes autem sacerdotes pagano
rum · coeperunt clamare ad praesidem dicentes;
Quid hoc fecisti · Praeceptum enim dominis nos
tris imperatoribus continet · ut si quis ex xpia
nis fuerit inuentus · per cuncta cruciatus puniatur.
Tu autem extollens te parcere eis uideris · &
ecce omnes deos disperdiderunt . Insup autem
dum eis parcis · & ipsum templum destruxer ·
& nescis quia si haec ad caesarem peruenerit ·
ad maiorem uenies periculum . Audiens hec
beronius praeses iussit spiculatores · ut iugularent
eos · & in pectore ipsorum gladium mergerent;
Cumq; hoc fuisset factum · reddiderunt sca
animas; Passi sunt autem cum eis · & alii quip
xpi nomine in carcerem uincti fuerunt ;
Id est · felix larcus & dionisius · sub die · xvii ·
kl aprilis ; In ipsa autem nocte uenerunt uiri
sce ecclesiae una cum aliis fidelibus uiris · qui
praemia multa & ualde copiosa custodib;
dederunt . Et tollentes corpora eorum · foras
muros ciuitatis · digne sepelierunt · ad laude
nominis xpi . Crescebat uo dno perficiente
fidelibus gloria . Paganorum autem & idola
colentium confusio ; Regnante dno nro ihu
xpo · cui e honor & glia in secula sclorum amen;

PASSIO BEATISSIMORUM FELICIS ET FORTUNATI · MARTYRUM XPI ·

xxiiii ·

Sub diocletiano & maximiano impera
toribus · anno duodecimo · exiit edic
tum eorum ; Propositum e per uni
uersas ciuitates · a principibus uel ma
iorum ciuitatu . Ut ubicumq; xpiani inuen
rentur · diuersis poenis interficerentur.
Sollicite autem per omnem orbem terraru ·
xpiani inquirebantur ; Et constituerunt ·
ut forsitan aliquis conparer& ; Si quis in
uentus xpianum celar& · prius ipse puniret ·
Eodem uero tempore · directus e ab impera
toribus ab urbe roma · apollonaris praefectus
qui per omnem italiam praesides uel magis
tratus seu iudices ordinauit . Contigit aute
ut apud ciuitatem aquilegiam · praesidatum
promereretur · Eufemius impiissimus · qui
multum saeuissimus in xpianos erat . Cumq;
uenisset ad aquilegensem ciuitatem · & omnes
occurrerent cum hostiis · ad capitolium iouis ·
Cum ergo sacrae hostiae imperatorum perplu
teas ponerentur · tunc uniuersi iemici xpia
nos amicos tradebant ; Quidam autem ex offi
cio praesidis · nomine appamius suggessit prae
sidi dicens ; Deuenerunt hic apud nram ciuita
tem · quidam duo germani · qui se xpianos psi
tentur ee . Tunc praeses audiens haec · misit
ex officio suo · ut di cultores ferro uinctos per
omne corpus · ad suum perducerent audito
rium ; Cum autem uenissent in habitaculu
ubi commorabantur · inuenerunt eos orantes
ad dnm · & dicentes · Dne refugium factus es
nobis a progenie in progeniem · Antequam fieren
montes & formaretur orbis terrae · a saeculo
& usq; in seculum tu es dne . Tunc prior iniqui
tatis · adprehendens eos · & ferro uinctos in col
lo & manibus perduxit in conspectum praesidis ;
Princeps uero officii suggessit praesidi dicens ;
Prae foribus sunt · quos nos adpraehendere
praecepisti . Eufemius praeses dixit ; introdu
cantur . Cum ergo introducti fuissent · scs felix
factum crucis xpi signaculo in fronte per
cutiens pectus suum · intra se orabat ; Praeses
dixit ad eos . Dicite nomina ura · quib; nun
cupamini . Scs felix respondit · Ego felix uo
cor · frater uero meus · fortunatus · xpiani
sumus . Praeses dixit ; De hac ciuitate orti
estis · aut forte ex peregre huc aduenistis ·
Scs felix respondit . Hinc sumus de uicino
loco · non longe ab hac ciuitate · sed uidentes
uos uana & inmunda idola colere · dimisim